



Jus Canonicum In V. Libros Decretalium Distributum

novâ Methodo explicatum, Omnibus Capitulis Titulorum (qui in Antiquis, & novis Libris Decretalium continentur) promiscuè & confusè positis, in ordinem doctrinæ digestis. Adjunctis Aliis Quæstionibus Connexis, Quæ Ad Plenam Cujusque Tituli, Aut Materiæ Cognitionem, Et Expositionem Pertinent. ...

Respondens Libro Quarto Decretalium : In Quo De Sponsalibus, Et Matrimoniis, & quae eis annexa sunt, agitur, eadémque plenè, & theoricè explanatur, & declarantur ...

Pirhing, Ehrenreich

Dilingae, 1678

Titulus. XVI. De Matrimonio contracto contra interdictum Ecclesiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98293)

T I T V L V S XVI.

DE MATRIMONIO CONTRACTO
CONTRA INTERDICTUM
ECCLESIAE.

Actum est in superioribus Titulis de variis impedimentis dirimentibus matrimonio-
nium, nunc sequitur, ut agatur de impedimentis, quæ impedientia tantum
appellantur, eò quod matrimonium licetè contrahi impediunt, at contractum
cum illis est firmum, & validum. Quale est in primis matrimonium contra-
ctum contra Interdictum Ecclesiæ, de quo in hoc Titulo agitur.

§. I.

*An, & quâ ratione matrimonium
contractum contra Interdictum Ec-
clesiæ dirimatur, vel impe-
diatur?*

Quæritur 1. Quod dicatur Interdictum Ec-
clesiæ, & quibus modis fiat? Resp. Inter-
dictum Ecclesiæ circa matrimonium, fieri
potest tribus modis, ut notat Barbof. in
Collect. super Rubr. h. t. scilicet per Canonem, seu
legem Ecclesiasticam, quæ certis temporibus nuptias
celebrari prohibet, de quibus in c. Non oportet. 101.
caus. 33. q. 4. c. Capellanus. 4. de feriis, quæ tempora
restricta sunt per Concilium Trident. Sess. 24. c. 10. de
reform. matr. quibus tamen temporibus, non ipsa
matrimonia, sed solemnitates nuptiarum, & tradu-
ctio sponsæ in domum mariti prohibentur, ut di-
ctum supra libr. 2. tit. 9. n. 2. & 4. Secundo modo fit
interdictum matrimonii, per Judicem Ecclesiasti-
cum, qui ob legitimam causam interdicit ad tempus
matrimonium iniri inter aliquos, vel quia alter eo-
rum antea cum alia tertia persona sponsalia contraxit,
quæ non debent violari, sine gravi causa; vel quia
Ecclesiasticus Judex inter contrahentes subesse impe-
dimentum consanguinitatis, vel aliud putat; ideo-
que interdicit matrimonium ad tempus, donec veri-
tas sit cognita. Et hoc interdictum impedit matri-
monium licetè contrahi, non autem dirimit contra-
ctum, Sanch. l. 7. de matr. dis. 6. n. 6. Tertio modo
fit interdictum matrimonii per Parochum, quia licet
is non possit causas matrimoniales cognoscere, seu
pertractare, quippe quæ judicialem indaginem ac ju-
risdictionem requirunt, & ad Judicem Ecclesiasticum
pertinent, c. 1. De consang. potest tamen Parochus ma-
trimonium impedire, & interdicare ad tempus, ut si
opponatur matrimonio contrahendo impedimen-
tum Canonicum, vel timeantur orituræ magnæ rixæ,
si matrimonium permittatur statim celebrari, ut col-
ligitur ex c. ult. de clandest. desponsat. in fine princ. ibi:
contractus interdicatur, ubi agitur de Parocho, & cla-
rius §. fin. ibi: Sanè si Parochialis Sacerdos tales con-
junctiones prohibere contempserit; ergo supponitur Pa-

rochi esse matrimonia ad tempus prohibere, Sanch.
l. 3. de matr. dis. 15. n. 3. & l. 7. dis. 6. n. 6.

II. Quæritur 2. Quænam præterea statuta sunt
jure Canonico circa matrimonium contractum con-
tra Interdictum Ecclesiæ, vel Judicis? Resp. De hoc
agitur in primis in c. Litteræ. r. h. t. Nam cum qui-
dam jurasset, se cuidam daturum sororem suam jam
nubilem in uxorem (futuram scilicet per sponsalia)
eâ præsentem, & consentientem (expressè, Gl. hic V. Præ-
sente.) & illa munera, ac dona, secundum mo-
rem Regionis, ab illo receperat, ipsum tanquam
proprium virum (id est, sponsum, spe futuri matri-
monii, Gl. hic V. Tanquam.) sæpe fuit amplexata.
Tandem mortuo suo fratre, à proprio viro sui, id
est, sponsi fratre permisit se desponsari, quod fa-
cere non debuit, quia non potest quis habere spon-
sam fratris sui; c. Ad audientiam. 4. & c. Sponsam. 8.
supr. de sponsal. & quod ab eo cognita fuisset,
mendaciter asseruit. Cum autem Episcopus loci
ei prohibuisset, ne alicui illorum, aut alteri se co-
pularer, ipsa spreto mandato Episcopi, alii (scili-
cet tertio) nupsit. Sed ad domum matris ab Epi-
scopo redire iussa, ipsa ad Sedem Apostolicam ap-
pellavit. Quare mandat Papa Alexander III. ut si
ita est, Episcopus prædictam mulierem ad domum
matris redire compellat, ne mandatum ipsius con-
temptibile videatur: & imposita eidem mulieri
condignâ poenitentia, ob tantum excessum, seu
delictum (quia scilicet fidem violavit priori spon-
so, & se desponsari permisit à proprio fratre spon-
si sui, & quia mandatum Ecclesiæ contempsit, Gl.
fin. hic) postquam in domo matris per mensem ste-
rit, ad tertium virum reverti permittat.

III. Pro explicatione hujus cap. notandum 1.
matrimonium contra Interdictum Ecclesiæ, vel Ju-
dicis contractum, non ideo dirimitur; separantur
tamen sic contrahentes, non quoad vinculum ma-
trimonii, quia hujusmodi matrimonium non est ic-
ritum, sed tenet, nisi aliad Canonicum impedimen-
tum obsistat: sed separantur solidum quoad torum,
donec causa Interdicti cognoscatur: & imponi-
tur eis poenitentia ob contemptum mandati Eccle-
siæ, seu Judicis, Abb. hic nam. 1. & Alex. de Ne-
vo num. 1.

Notandum 2. Sponsalia de futuro non transeunt
in matrimonium de præsentem, per receptionem mu-
nerum, oscula, & amplexus, quia nec nixus, seu co-
natus

natus ad copulam ad hoc sufficit, sed requiritur, ut mulier plenè cognoscatur, c. *Is qui*, 30. c. *ult. supr. de sponsal.* Secus est de sponsalibus contractis per verba de presenti ab impuberibus, quæ propter defectum ætatis contrahentium, Juris interpretatione, finguntur de futuro, quia hæc, perfectâ ætate, transeunt in matrimonium per receptionem munerum, oscula, vel amplexus, aut alia hujusmodi signa, quod contrahentes ab initio intendebant, juxta *c. i. h. t. Alex. de Nervo hic n. 3. Covarr. in 4. Decret. p. 1. c. 4. §. 1. n. 2. c. 3.* Porro hæc procedunt, spectato Jure antiquo Canonico: sed cum hodie ex Decreto Concilii Trident. *sess. 24. c. 1. de refôr. matr.* matrimonia aliter contracta, quam præsentè Parocho, vel alio Sacerdote de ipsius Parochia, aut Ordinarii licentia, sint irrita, Sponsalia sive de presenti, sive de futuro non transeunt ampliùs in matrimonium, nec per ipsam copulam; imò nec per consensum expressum, sed oportet iterum contrahere matrimonium, servatâ formâ à Concilio præscriptâ, ut sæpius respondit S. Congregatio Concilii apud *Fagnan. in cit. c. 1. n. 4. h. t.* ubi addit, quòd ubi Decretum Concilii non esset receptum in Parochia, servanda esset prædicta distinctio.

IV. Notandum 3. Matrimonium dissolvit præcedentia sponsalia, etiamsi præcesserit interdictum Ecclesiæ, vel Judicis factum sponso de futuro, ne contrahat matrimonium cum alia: ac proinde matrimonium vincit sponsalia, & interdictum, etiam simul conjuncta, imò & jurata, *Abb. hic n. 4. c. Alex. n. 6.* quia interdictum non dissolvit sponsalia, nec dirimit matrimonium contra illud contractum, reddit tamen obnoxium pœnæ, ut patet ex textu, ubi in pœnam prohibetur, ne mulier ista possit contrahere cum viro, cui fuerat desponsata, neque cum illius fratre, propter violatum mandatum Episcopi: permittitur tamen permanere cum tertio, cui se postremò copulavit, non obstante ullo impedimento ex prioribus desponsationibus, ut habetur in fine hujus cap.

Notandum 4. Est tamen hic, ne interdictum Judicis impunè contemnatur, aut elusorium sit, distinguendum: vel enim agitur de impedimento perpetuo, quale v. g. est impedimentum consanguinitatis, vel affinitatis & similia; & tunc matrimonium, quoad mutuam cohabitationem, interim separatur, donec de impedimento constiterit: quo probato, matrimonium omnino dissolvitur, vel potius declaratur, nullum inter eos contractum fuisse matrimonium. Vel agitur de impedimento solum temporali, ut de sponsalibus, quæ perpetuam causam non habent, sed pluribus modis sæpe dissolvuntur, præsertim per matrimonium subsequens; & tunc contrahentes non debent quidem à se invicem separari, sed pœnitentia illis imponitur, pro arbitrio Judicis, vel etiam ad tempus à mutua cohabitatione sejunguntur, *Henric. Canis. h. t. n. 3.* Quo sensu autem intelligendum sit c. *pen. de sponsa duorum*, in quo dicitur, matrimonium contractum contra interdictum Judicis Ecclesiastici, irritari posse, dictum est suprà eod. *Tit. 4. n. 10. in fine.* ubi sermo erat de iis, qui pendente appellatione super prioris matrimonii valore, ad aliud transierunt. Videri potest *Sanch. l. 7. dis. 2. num. 1.*

V. Notandum 5. probabilius est, specialiter in parentibus, ut si pro filiis contrahant sponsalia vel matrimonium, sufficiat eorum tacita præsentia: non item si extraneus pro extraneo, enim requiritur aliud signum consensum inter exprimens, ut valeant sponsalia, vel matrimonium quia in c. *unic. §. fin. de despons. impub. in c. quam* quid speciale, hoc statuit de parentibus quia quamvis matrimonium sit per se appetibile, favorabile, ideòque præsumi posse videatur, etiam extraneus pro aliquo præsentè, & tacite sponsalia, vel matrimonium contrahat, & consentire: at rectius id negatur, quia contra cum certa persona, viro, vel muliere, potest efficium, vel molestum: quare cum parentum vel filiorum sit filios in matrimonio collocare, id propter magnum amorem, & affectum erga illos, premitur optimo, quo fieri potest, modo, id ideo merito judicatur, si pater pro filio præsentè, tacente, sponsalia, vel matrimonium contrahat, tacite consentire: quæ ratio non habet locum in extraneis, ut in casu hujus cap. ubi sponsalia de futuro contracta sunt à fratre pro sorore suâ, præsumitur consentiente, qui consensus colligitur præcedentibus muneribus, & frequentibus amplexibus; sed tunc requiritur ratificatio saltem aliquod, *Sanch. l. 1. de sponsal. dis. 2. n. 8.* ubi n. 9. ait, idem esse de matre, quia in casu de parentibus est sermo, sub quo nomine ut parens comprehenditur, & innuitur non potest testari, sed amoris paterni, qui in matre est minor.

Notandum 6. Quamvis causa interdicti matrimonium sit temporalis, & matrimonium prohibitionem initum sit validum; at quævis prohibitio Judicis fuit legitima, ipsi conjugati separari debent, in pœnam delicti, non ob impunitatem delicti, justum mandatum contemnere audeant, ut habetur in c. 1. *h. t. Sanch. l. 7. dis. 2. n. 14.* ubi addit, etsi in eorum gnetur unus mensis, per quem separari debent tamen hoc tempus arbitrarium, & ponitur illis solum exempli gratiâ, non autem ad restitutam Judicis facultatem. Nec obstat c. 1. *h. t.* id loquitur de perpetua separatione, ut in *Sanch. c. 1.*

VI. Præterea in c. *Ex litteris. 2. h. t.* taliter proponitur: Cum G. filiam suam M. ableret (quæ postea consensit, aliàs non tenuisset) sponsalia, *Gl. hic V. Absentem* cuidam R. nomine sponsasset (per verba de futuro) & suspicio orta, illum velle aliam ducere in uxorem, Archiepiscopus Cantuariensis sub interminatione, & comminatione anathematis, prohibuit, ne quam de ipsa causa constaret, dictus R. aliam uxorem acciperet. Sed ipse, contempra illa prohibitione, aliam quandam solemner sibi matrimonio copulavit. Verum cum Archiepiscopus vellet de primo matrimonio, seu desponsatione cognoscere, dicta M. ad Sedem Apostolicam appellavit: cujus appellationi Archiepiscopus obreprens, interdixit eidem mulieri, sub pœna excommunicationis, ne alicui nuberet, donec causa finem debitum sortiretur: ipsa tamen de appellatione

» tione consista, cuidam alii V. nomine nupsit. Re
» delatâ ad Papam, is mandavit, ut si nihil præces-
» sisse constiterit inter prædictos R. & M. quod im-
» pediat, præter consensum de futuro, qui dicitur
» inter eos intervenisse, secundum matrimonium
» inviolabiliter observandum judicet, non obstan-
» te appellatione: licet enim prædicta mulier ad se-
» cunda vota, seu nuptias, contra interdictum Ec-
» clesiæ, transire non debuerit: non tamen matri-
» monium debet ob id solum dissolvi: penitentia
» tamen eis debet imponi, quia contra prohibitio-
» nem Ecclesiæ hoc fecerunt.

VII. Notandum 1. Solum interdictum Eccle-
» siæ factum propter impedimentum non perpetuum,
» sed temporale solum, non dirimit matrimonium
» postea contractum, prout sumitur ex hoc c. ubi ex-
» pressè dicitur, non esse dissolvendum matrimonium,
» eò quod contra Ecclesiæ prohibitionem est initum,
» & est ibi sermo de iis, quibus interdictum fuit à Pa-
» pa, ne transirent ad alias nuptias, donec de priorum
» sponsalium veritate cognosceretur, *Abb. hic n. 3. A-*
» *lex. de Novo n. 2. Sanch. l. 7. de marr. dif. 2. n. 1.* Ideo
» autem in hoc c. interdictum Ecclesiæ non dissolvit
» matrimonium subsequens, quia causa prohibitionis
» non fuit perpetuum impedimentum, sed temporale
» solum, tunc enim valet matrimonium, *Sanch. c. 6.*
» *num. 4.*

Notandum 2. Judex Ecclesiasticus potest præci-
» pere sponsæ, ne matrimonium cum alio contrahat,
» etiam si sponsalia non sint jurata, quia sponsalia, et-
» iam sine juramento, efficaciter obligant, *Abb. hic n. 2.*
» *& Alex. n. 1.*

Notandum 3. Is, qui contra prohibitionem à
» Superiore Ecclesiastico, ex iusta causa factam, con-
» trahit matrimonium, graviter peccat, & ideo pœni-
» tentia illi imponi debet, ut habetur in fine hujus cap.
» nisi certò constet, nullum subesse impedimentum, ut
» ex Reginaldo tradit *Barb. in Collect. hic n. 3.*

Notandum 4. Quamvis Judex deferat appella-
» tionem, potest tamen appellanti interdiceret, ne atten-
» ter id, propter quod appellavit, ut pater ex hoc cap.
» ubi Episcopus interdixit, ne appellantes ad Sedem
» Apostolicam contraherent matrimonium, ante cau-
» sam terminatam, & sic appellatio non tueretur appel-
» lantem, ut possit id facere, propter quod appellavit,
» & Judex à quo potest facere omnia ea, quæ tendunt
» ad faciliorem exitum causæ appellationis, *Abb. hic*
» *n. 4. & Alex. n. 3. & 5.*

Notandum 5. Quando Judex, seu Superior ali-
» quid præcipit, vel prohibet sub pœna excommuni-
» cationis, ut in casu hujus cap. non fert excommuni-
» cationem in contrafacientem, ipso facto, si ulterius
» non procedat, sed solum comminatur pœnam, *Gl.*
» *hic V. Interminatione, & Abb. n. 5.*

VIII. Postremò in c. De muliere. 3. & ult. h. t.
» statuitur, illos, qui propter consanguinitatem
» prohibentur matrimonio conjungi, si postea con-
» tra interdictum Ecclesiæ, ne contrahant, matri-
» monio jungantur, excommunicari debent, & ab
» invicem separari, quousque legitime cognoscatur,
» an de jure possint, ac debeant simul remanere, &
» matrimonium eorum jure subsistat.

IX. Ubi notandum 1. Judex debet interdice-
» re matrimonium, si adsit vehemens suspicio de im-

pedimento consanguinitatis inter contrahentes, vel
» alio simili: quod si interdictum sit factum propter
» suspicionem perpetui impedimenti, sed postea non
» probetur, vel reperiatur non subesse, valet matri-
» monium contractum contra interdictum, *Abb. hic*
» *n. 2. & 3. & Alex.* Hodie verò consanguinei con-
» trahentes scienter in gradu prohibito sunt ipso jure
» excommunicati, *Clem. unic. de consang. & affinis.* de
» quo supra.

Notandum 2. Si tales suspecti de consanguinita-
» te cõtra interdictum ineant matrimonium, sunt separan-
» di, & per excommunicationem compellendi, ut ma-
» neant separati, donec causa cognoscatur: separantur
» autem, non per sententiam definitivam, cum non-
» dum cognitum sit de causa, sed per præceptum, ut
» stent separati, donec appareat, & declaretur, matri-
» monium esse validum, & detur illis licentia simul
» tanquam legitimis conjugibus cohabitandi, *Alex. de*
» *Novo hic n. 3. & 4. Vivian. in Ration. hic.*

§ II.

De aliis impedimentis, quæ non di- » rimunt, sed impediunt tantum » matrimonium contrahen- » dum.

X. Impedimenta, quæ matrimonium subse-
» quens non irritant, sed impediunt tantum, sive illicitum
» reddunt, numerantur sequentia. Primum est
» interdictum, sive prohibitio Ecclesiæ, vel Judicis Ec-
» clesiastici, de quo dictum §. præced. Secundum est
» tempus feriatarum, quibus prohibentur nuptiæ publi-
» cæ, & solemniter celebrari, quamvis id non sit inter-
» dictum, si absque magna solemnitate, & pompa fiat,
» ut probat *Sanch. l. 7. de marr. dif. 7. n. 12.* de quo di-
» ctum suo loco. Tertium est, sponsalia cum aliqua
» prius validè contracta, quæ antequam legitime dis-
» solvantur, obstant, quominus licitè ineatur matri-
» monium cum alia, ut patet etiam ex alibi dictis.
» Quartum est, cognatio spiritualis, quæ contrahitur
» ab eo, qui pro baptizando, sive adulto, sive parvulo,
» Sacerdoti interroganti respondet in Catechismo, qui
» præmitti solet: quod tamen impedimentum hodie
» omnino sublatum esse dictum supra, *Sanch. l. 7. dif.*
» *10. num. 12.* Quintum impedimentum est votum
» simplex castitatis perpetuæ, vel ingrediendi Reli-
» gionem, vel suscipiendi Ordines Sacros, vel matri-
» monii non ineundi, quia hujusmodi vota è diametro
» adversantur statui matrimonii, ac proinde illud im-
» pediunt, non tamen dirimunt, de quo videri potest
» *Sanch. cit. l. 7. dif. 11. n. 4. & seqq. Læym. l. 5. tr. 10.*
» *p. 4. c. 15. in fine.*

XI. Sextum impedimentum sunt crimina quæ-
» dam, ob quæ quasi pœnitentiæ loco, jure antiquo de-
» creta erat abstinentia à conjugio. Primum est, leva-
» tio, seu susceptio propriæ prolis de sacro fonte, in
» fraudem debiti conjugalitatis facta, ne possit alter con-
» jux petere debitum: quo casu, etiam non licet susce-
» ptori petere debitum, etsi reddere possit, ac debeat:
» & talis susceptio impedit, ne si matrimonium disso-
» lutum fuerit, aliud iniri possit: si tamen sic levans a-
» liud inierit, validum erit, ut constat ex c. De eo §.
» *caus.*

caus. 30. q. 1. quod est desumptum ex Concilio Moguntino, ubi in fine dicitur, si conjuges legitimi, unus vel ambo ex industria fecerint, ut filium suum de fonte susciperent, si pravaricator conjugii supervixerit, sine spe conjugii maneat. Idemque est, si alter conjugum fuit Patrinus filii tenens eum in Confirmatione, animo infidiandi matrimonio, *Sanch. l. 7. dis. 6. n. 8.* 2. interfectio injusta Sacerdotis etiam impedit matrimonium, non tamen dirimit, *c. 2. de pœnit. & remiss.* Ratio est, quia cum Sacerdos interesse debeat Sacramento matrimonii, æquum est, ut interfectus Sacerdotis hoc Sacramento privetur, dummodo sit convictus in Judicio contentioso de eo crimine, *Sanch. cit. dis. 6. n. 9.* 3. solemnitas & publica pœnitentia impedit matrimonium, sed non dirimit, ut constat ex *c. De his. 12. & c. fin. caus. 33. q. 2.* sed non nisi quamdiu durat illa pœnitentia; cum enim illud tempus sit destitutum luctui, & pœnitentiæ, dedecet tunc nuptiæ, *Sanch. cit. dis. 6. n. 10.* ubi tamen addit, cum jam pœnitentia solemnitas non sit in usu, cessare hoc impedimentum. 4. qui scienter, & sacrilegè contraxit matrimonium cum Moniali, prohibetur matrimonium contrahere cum alia, *c. Hi ergo. 13. caus. 27. q. 1.* quia delinquens in Sponsam Christi indignus est matrimonio, contractum tamen tenet, *Sanch. c. l. n. 11.* 5. uxoricidium impedit quoque, ne vir aliam ducere possit, non tamen dirimit matrimonium postea initum, ut constat ex *c. Interfectores. 5. & c. Quicumque. 7. caus. 33. q. 2.* nisi in adulterio ea deprehensa fuisset, *c. Admonere. 8. ead. caus. & q.* At verò viricidium non est impedimentum ad matrimonium ineundum, ut probabilius censet *Sanch. l. 7. dis. 16. n. 6.* quia Canones hoc impedimentum statuentes loquuntur de solo uxoricidio: nec est eadem ratio de viricidio, quia hoc est rarissimum, virique sunt audaciores, & procliviores ad uxores occidendas, quàm vice versâ. 6. Raptus alienæ sponsæ dirimit matrimonium cum rapta, quamdiu hæc est in potestate raptoris, de quo alibi: sed impedit tantum matrimonium cum quacunque alia, *c. Statutum. 34. caus. 27. q. 2.* quod est desumptum ex Concilio Tolet. 7. incestus cum consanguineis uxoris suæ, saltem adhuc viventis, intra secundum gradum impedit, sed non dirimit matrimonium, ut

constat ex *c. 1. & c. Transmisit. 4. de eo, qui contra sang. & c.* quia nullus reperitur textus, qui dirimens diceret, *Sanch. l. 7. dis. 15. n. 1.* non impedit matrimonium contrahendum incestus propriis consanguineis, quia textus, qui id momentum statuunt, non loquuntur expressè de incestu cum consanguineis propriis: & hic incestus ita repugnat matrimonio impediens ejus, ut *Sanch. cit. dis. 15. n. 16.* quæ ratio cum cesset, si sit defuncta, ideo probabile est, incestum cum sum cum consanguineis uxoris, eâ defuncta, esse impedimentum matrimonii, *Laym. c. l. Quarta locum, contra Sanch. cit. dis. 15. n. 1.* pro se habet text. in *c. Transmisit.* sed is loquitur quando uxore defunctâ incestus commissus est, nique si quis cum matre, aut filia fornicatus, conjugio deinceps abstinere debet, ut statim datur in *c. Si quis cum matre. 9. caus. 34. q. 2. cit. dis. 15. n. 7. Laym. c. l.*

XII. Caterum omnia hæc impedimenta Ecclesiastico inducta (præter sponsalia, & quæ Jure Divino, & naturali obligant, & matrimonium, & præter interdictum (speciale prioris) omnino hodie sublata sunt per diversam consuetudinem, secundum quàm, sic impedimenta petita dispensatione, conciliis, & videntur latis, passim ineunt matrimonium, ut testatur Navarro *Sanch. l. 7. dis. 17. n. 8.* Quod si aliquid in hujusmodi impedimentis non dirimentis joris securitatis causâ, petatur dispensatio, potius dispensare etiam Episcopus, quia licet ad id re exprimat, nisi de incestu improprie dimisso cum consanguineis sponsæ nondum iuxta *c. 2. De eo, qui cognovit consang.* in quo dispensare Episcopus, quia cum ibi in hoc cedatur, ex dispensatione iniri posse matrimonium, eaque non reservetur Papæ, censetur commisso scopo, juxta regulam communiter traditam auctoribus apud *Sanch. disp. 17. n. 10.* ac communi interpretatur ex similitudine rationis id quoque ad alia impedimenta, *Sanch. cit. dis. 15. n. 16. Tanner. cit. q. 4. dub. 2. num. 15. Tanner. cit. q. 4. dub. 2. num. 30.*

TITVLVS XVII.

QUI FILII SINT LEGITIMI

Post varia impedimenta in superioribus Titulis explicata, agitur nunc de legitimis, qui nonnisi ex legitimo matrimonio nascuntur. Filii autem huiusmodi dicuntur, qui sunt nati ex viro, & muliere iustis nuptiis, seu legitimo matrimonio junctis: & solet hoc nomen usurpari, prout à nepotibus distinguitur, & aliis ulterioribus descendantibus, Barbof. hinc in princ. n. 5. Sub nomine verò filiorum hinc comprehenduntur, non solum filii, sed etiam filia, quoniam generaliter receptum est, masculinum concipere, sive continere fœmininam quamvis aliqui apud Barbof. hinc n. 10. dicant, filii appellatione in numerali non contineri fœminam ex vi verbi, sed per interpretationem eam: filiorum tamen nomine in plurali comprehendendi etiam filias, saltem